

(In Metropolitana curia capuana comparent infrascripti eiusdem ecclesiae capuanae canonici, et dicunt quod cum fuissent cum consilio capituli, una cum R/do Archidiacono ad ordinem presbiterii assumpti mediante decreto Ill/mi D/ni Cardinalis Archiep/i Capuae lato pro exequutione conc. tridentini sessione XXIVA cap. XII, et missas in maiori altari tanquam presbiteri celebrassent, R. Primicerius Perrotta adversus quandam protestationem per ipsos comparentes exhibitam in actu possessionis seu quasi coadjutoriae captae per R/m Scipionem de Donato coadj/rem eidem primicerio per sedem Ap/cam assignatum, replicavit prefatum decretum nullum et invalidum esse uti prolatum primiceriis et presbiteris inauditis et manu Ill/mi cardinalis non firmatum et lectum latum non adfuisse: quapropter predictis obiectionibus stantibus, ne in futurum de eorum promotione dubitari valeat, et iure licito in maiori altari celebrare possint, petunt pro exequutione prefati concilii tridentini decreta lata determinari ipsos comparentes legitime aggregatos esse in numero presbiterorum una cum honoribus, oneribus et emolumentis eidem ordini annexis, et ita dicunt deducendo omne ius isto et omni meliori modo.

RR/di I. Dom/cus Rufus. Nicolaus Ioa. Mirtus. Pompeius Gargilianus. Io. Paulus Imbrianus. Berardinus de Isa. Vincentius de Angelo. Franciscus Maccarus. Camillus Nucius.

Ill/mus et R/mus D. Cardinalis Bellarminus Archiep. Capuae decretum in visitatione ecclesiae Archiep. capuanae de mense Octobris anni 1602 cum consilio capituli factum, et in ipso cap/lo recitatum et publicatum, et fere per biennium exequutioni mandatum, nimirum ut omnes viginti can/ci qui habent integras distributiones sint presbiteri, ceteri vero viginti qui eas habent dimidiatas sint decem diaconi et decem subdiaconi, cum omnibus in eo decreto contentis, et inde postmodum sequutis et declaratis, confirmavit, et quatenus opus sit innovavit, prout presenti decreto confirmat et innovat mandans illud inviolabiliter servari. In his autem quae in dicto decreto non sunt expressa aut alias plene declarata, decernit unicuique salvum esse ius suum prout de iure sibi competit, non intendens per subauditionem aliquam ulli personae preiudicium inferri, et ita decrevit, et decernit non solum alio, sed omni alio meliori modo.

Lectum latum die 6 7bris 1604

Tenor autem decreti visitationis p/tae est inf/m (21 mai 1603)

Haec omnia mandavit Ill/mus Cardinalis capitulo intimari ne ullus de eis presumere possit ognirantiam, copia dimissa predictorum decretorum.